

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Humilitas ah
cum fontibus proximo et primo

Est humilitas quam ueritas nobis parit, et non habet calorem,
et est humilitas quam caritas format et inflammat.

Hec quidem in affectu, illa in cognitione consistit.

In eo qui grauiter peccauit, et si amanda,
non tamen admiranda humilitas.
Sed si quis innocentiam retinet,
et nichilominus humilitatem iungit,
nonne is tibi uidetur geminum anime possidere decorem?

Rara auis in terris, aut sanctitatem non perdere,
aut humilitatem sanctimonia non excludi;
et ideo beata que utramque retinuit.

Bernardus super Cantica sermone XLV.

Est humilitas quam nobis ueritas parit: et non habet calorem.
Et est humilitas quam caritas format et inflammat:

atque hec quidem in affectu / illa in cognitione consistit.

Guillelmus de Cortoriaco (Guillaume de Courtrai),
Liber florum beati bernardi abbatis clareuallensis, 7.18
(Paris, P. Pigouchet, 1499, fol.60ra).

← Quod propterea sane dico,
quoniam est humilitas quam caritas format, et inflammat;
→ et est humilitas, quam nobis ueritas parit, et non habet calorem.
Atque haec quidem in cognitione, illa consistit in affectu.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*,
42.6 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.36,
ll.26-28).

Verum in eo qui graviter peccauit, etsi amanda,
non tamen admiranda humilitas.
At si quis innocentiam retinet,
et nihilominus humilitatem iungit,
nonne is tibi uidetur animae possidere decorem?

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*,
45.2 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.50,
ll.16-18).

Rara auis in terris, aut sanctitatem non perdere,
aut humilitatem sanctimonia non excludi;
et ideo beata quae utramque retinuit.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*,
45.3 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.51,
ll.12-14).